



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

De cultu sanctorum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

An in tota concione, pro cuiusq; rei, de qua agit, ratione, rectè, aptè, decore, & congruenter agat.

Quo in genere omni, & perquirendo, atque explorando, tum in alijs diligentius indagandis, examinatores, prout occasio tulerit, quàm diligentissime instructiones adhibebunt, quæ de Cõcionatoribus ad Provinciam uniuersæ vsum ex Concilij Provincialis auctoritate, iussu nostro editæ sunt.

De cultu Sanctorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Sancti Ambrosii festum celebrandum, commemoratioq; agenda.
- 2 Sancti Barnabe festum in Provincia colendum.

DE VOTIONE cõgrua, & debitis honoribus beatus Christi Confessor Ambrosius Ep̄s, Sãctę Ecclesię Metropolitanę Mediolanensis pater pater, ac patronus, cuius doctrina etiam tota illustratur Ecclesia, ut à Provincia nostrã fidelibus colatur; eius, & diem festum, qui se primo Idus Decembris agitur, sicut reliquos dies festos, quos coli præceptum est, quotannis à clero, populoq; celebrari, & commemorationem de eo, quibus diebus sex Ritũ Ecclesię eiusmodi commemorationes fieri licet, in vespertino, matutinoq; officio antiphona, & oratione à clero fieri perpetuo, pro suæ pietatis studio, Episcopi, omni etiam adhortatione curent.

Quartus, de S. Ambrosio.

2 De munere, beneficioq; cum Ecclesia Mediolanensis prædicatione Sanctissimi Apostoli Barnabe primùm fidei mysterijs imbuta, tum alijs plerèq; huius Provincie Ciuitates Euangelij lumine illustrate, eam sam oẽm festi illius diei, præcipuè colendi habent. Quamobrẽ dies eius Natalis, qui est tertio Idus Iunij, vt de more aliorum dierum festorum, qui à clero, populoq; ex præcepto coluntur, piè, & religiosè sanctificentur, Episcopus curet, ubi in sua Diocesi non colatur, sanctificetur ve.

Sextum, de diebus festis.

Cetera ad cultum Sanctorum pertinentia, videantur in Titulo de festorum dierum cultu.

De Sanctarum Reliquiarum veneratione, atq; custodia.

S V M M A R I V M.

- 1 Reliquiæ nouę ab Episcopo recognoscendę. Ea à Regularibus, & exemptis non proponendę; nisi etiam ab Episcopo recognitę.